

REX AGELMUNDVS LONGOBARDORVM I.



**A**gelmundus filius fuit Aionis primi Longobardorum ducis, cuius ductu ex Scandia insula egressi Vandalorum sedes occuparant. Itaque eo mortuo Agelmundi omnium consensu successit. Erat is magnis uirtutibus praeditus, & singulari corporis & animi fortitudine conspicuus. Itaque cum hinc inde bella multiplicarentur, Longobardi hunc Agelmundum aliarum gentium exemplo primum regem crearunt, atque res magnas per eum peregerunt. Is tandem anno 426. obiit, & Lamissum successorem habuit, Ioan. Funck, in Chronologia. Diac. lib. i. cap. 10.